UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob Romani cleri multitudinem ...

La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de

Tolosae, 1614

A Gregorio XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Visual Library

ſede S. Marcelli cum hoc Epitaphio.

Dyoniſio Laurerio Beneuentano tit. S. Marcelli S.R.E. Presbytero Cardinali, Vrbinatenſi Epiſcopo, Religionis Seruorum Generali grauiſsimo, ac Legato Campaniæ à Paulo 3. Pontifice Maximo ordinato, viro ferè omniſcientiarum genere ornato. R. P. M. Auguſtinus Aretinus eius alumnus Generalis poſuit. Vixit annos 45. Obiit die 17. Septembris 1542.

OTHO TRVCHSES Germanus Cardinalis Epiſtolas tres ſcripſit ad Nauſeam. Obiit anno 1573.

HIERONIMVS VERALLVS Cardinalis, ſcripſit Epiſtolas 5. ad Nauſeam. Obiit anno 1555.

A IVLIO III.

ALOYSIVS CORNELIVS Cardinalis, cuius leguntur Epiſtolæ ad Staniſlaum Hoſium. Romæ iacet in Eccleſia Cruciferorum cum hoc Epitaphio.

D. O. M. Aloyſio Cornelio Veneto, tit. S. Marci Presbytero Cardinali S.R.E. Camerario. vixit annos 67. menſes 2. dies 2. Obiit 6. Idus Maij 1584.

A GREGORIO XIII.

FERDINANDVS DE TOLETO Hiſpanus ex Comitibus Oropeſę, qui Cardinalis electus, Pontifici gratias ſcribens purpuram recuſauit: Epiſtolam ad Staniſlaum Hoſium dedit eiuſdem Hoſii epiſtolis interſertam.

Quędam etiam Guillelmi de Papia & Alberti de Mora Cardinalium leguntur Epiſtolæ, S. Thomę Cantuarienſis Epiſtolis inditæ.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN